



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 38. Induciæ Gallos inter, & Hispanos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](#)

bebat, ut in aperto campo bellum ge- Sæcul. XVI.  
reret, unde die decima tertia Octobris A.C. 1503.  
relictis castris in Gallos movit, & ali-  
quamdiu instructam tenuit aciem, ac non  
nisi sole inclinato recessit: Rex quoque  
Ferdinandus die decima nona ejusdem  
Mensis, copiis suis Gerundæ collectis,  
Perpinianum contendit, atque exercitu  
in duo agmina diviso, altero Gallis mili-  
tum suppetias, atque commeatum inter-  
clusit, altero autem, cui ipse præerat, ob-  
sidentes continent prælio lacepsivit, qua-  
propter Galli, quibus Narbonensis Vi-  
cecomes imperabat, Hispani Regis po-  
tentiae resistendo impares, eadem nocte  
obsidionem diuturnam satis, jamque in  
quadragesimum diem effluentem solvunt,  
pedemque tam præcipiti fuga referunt,  
ut potissimum belli apparatum, & sarcin-  
nas suas in castris Victoribus relinquere  
compulsi essent, in hoc solo providi, quod  
inficio penitus Rege Catholico belli tor-  
menta Narbonnam præmisissent.

§. XXXVIII.

*Inducia Gallos inter, & Hispanos.*

Aversa hæc Gallorum fortuna Occita- Mariana No  
niam, atque Aquitanniam Ferdinan- 28. n. 23.  
di Regis arbitrio exposuit, cuius etiam  
copiæ in utramque Provinciam popula-  
bundæ excurrerunt, ingentemque stragem

I i 4 edide-

Sæcul. XVI. ediderunt, demum Hispani Leucatam, ac  
A C 1503. quasdam alias circumviciinas urbes oc-  
cuparunt, quibus tamen exspoliatis ex-  
cesserunt. Interea Ferdinandus ad Fri-  
dericum de Arragonia Neapolis Regem,  
qui Andegavi quiete vivebat, quosdam  
ablegat, qui eum inducerent, ut Gallos  
inter & Hispanos inducias, quibus utrius-  
que Regni status, excepta Italia ab  
hostili incursione securi essent, pacisci co-  
naretur, spe facta, eum regno suo rursus  
potiturum, si Ludovicus hisce consiliis ac-  
quiesceret. Ergo Fridericus ad Franco-  
rum aulam accedit, comitantibus eum  
Neapolitanis Nobilibus, qui illum etiam  
in adversis sequebantur, tantoque ra-  
tionum pondere inducias persuadent, ut  
Galliarum Rege eas ratas habente, u-  
trinque ab armis cessaretur. Hunc igit-  
tur adeo decantata expeditio, quæ to-  
tius Europæ sollicitudinem suspensam  
tenuit, exitum fortita est, ac denique  
pactis induciis Rex Catholicus Barci-  
nonem revertebatur, prius tamen ex  
conventorum lege in Franciam Legatos  
suos ad Ludovicum Galliarum Regem  
decernebat.

§. XXXIX.

